obꝑcit de p se. dō. q loquitur de p se in creaturis. Ad p se eēm in creaturis sequit necessariū sed non sic in dō.

¶ Questio III c

Utrum ea que sic dicuntur de deo ex tempe. dicantur fm substantiam an fm relationem que sit vera relatio. Et q fm relationem videt hoc modo. Sicut pr̄ seipo generat. ita seipo creat. tamē cōsuis seipo generet. generatio ⁊ paternitas dicitur vere in ipo fm relationem. ergo pari rōne cōsuis seipso creet ⁊ dominetur. tamen quia sunt ad alterum dicunt realiter relatiue. ¶ Item hmōi nomina aut pure dicunt diuinā substātiam. aut superaddunt aliquem respectum. Si pure diuinam substantiam dicūt. sed sba est eterna ⁊ ab eterno. g dicunt de deo ab eterno quod falsum est. ergo superaddūt aliquem respectū. ergo relationem. Si dicas q non addunt respectum fm rem sed fm modum. Contra. aut illi modo respondet aliquid in re aut nihil Si aliquid in re. ergo realiter dicuntur relatiue Si nihil. g falsus est modus intelligendi. ⁊ inconueniēs modus dicēdi. ¶ Item sunt quedam relatiua fm esse. quedā fm dici. Sed in relatiuis fm dici est modus respectus. in relatiuis fm esse est veritas respectus. sed seruus ⁊ dominus sūt relatiua fm esse. g vtrumq̄ importat respectū non tm̄ fm modum. sed etiam fm rem. ergo ⁊c. ¶ Itē dominū dictum de deo ita bene dicit suppositionem sicut dictum de creatura. illa igitur suppositō. aut ponitur in deo. aut in creatura. Non in creatura constat quia tunc idem sibi supponeretur. g ponitur in deo. g suppositio est vere relatio. g ⁊c. ¶ Item cū dico deo creat. hic notatur duplex respectus scz cause ad effectum. ⁊ econuerso. Aut g vterq̄ ē in creatura. aut vterq̄ in deo. aut vnus in deo. alter in creatura. Constat q impossibile est vtrumq̄ esse in deo. quia deus non ē effectus. ⁊ similiter in creatura. q creatura non est sui causa. g necesse est q alter sit in deo. ergo ⁊c. ¶ Itez cū dico deus creat. deus verissime est causa. ⁊ si vera ratio cause ponit veram relationez. hmōi nomina dicta de deo ponunt veram relationem. ¶ Contra. Dyo. In causalibus ⁊ causis non recipimus reciprocatōez. ergo cum deus sit causa pfectissima creature. nō refertur ad creaturam. cōsuis econuerso creatura referat ad ipm̄. ¶ Item pbs dicit q scientia fm rem refertur ad scibile. sed non conuertit. ergo si minor est dependētia dei ad creaturam cōsuis scibilis ad sciētiam. ergo nulla in eo est relatio. ¶ Item rōne videtur. quia hmōi nomina si dicunt relationē circa deum. aut illa est pure diuina essentia. aut aliquid superadditū. Si pure dei eēntia. ergo eternum quid. g respectus hmōi nominum ē eternus. ergo de necessitate dicunt ab eterno. Si aūt dicunt aliquid superadditez. g in deo est aliqua compositio. ¶ Item omnis relatio dicit aliquam dependentiam vel saltem ordinem ⁊ habitudinem ad illud respectu cuius dicitur. sed deus non ordinatur nec terminatur. g nihil de deo dicitur relatiue respectu creature.

14 ¶ Rō. Ad hoc intelligēdum est sciēdum. q dici fm relationem dupliciter est. aut fm rem. aut fm modum. Realis aūt relatio triplex est Aliquādo eēm fundatur super ꝓprietatem accidētalem. vt similitudo in duplici albedine. Aliquādo sup dependentiā essentialem. sicut respectus vel relatio materie ad formam. Nam sicut dicit pbs. materia hoc ipm̄ quod est. ad alterum est Aliquādo sup originem naturalem. sicut effectus ad causam. ⁊ filij ad patrem. Prima relatio non pt̄ esse in deo. quia in deo nulla est ꝓprietas accidentalis. Secūda non pt̄ esse in eo. quia nulla in deo est dependētia. Tertia est in deo sed non respectu creature sed respectu psone. hec eēm non dicit comparōem nec dependentie inclinatōem sicut prima ⁊ secūda. sed ponit distinctōnem ⁊ ordinem. ⁊ qm̄ vere vna psona ordinat̄ ad aliaz ⁊ habitudinē hz. ⁊ alio mō fm rē se hz ad vnā cōsuis ad aliā iō hec relatio ē in psona respectu psone ñ respectu creature. Nam deus ad creaturam non habet ordinez. nec habet aliam ⁊ aliā habitudinem. et ideo nullo modo ē realiter in deo relatio respectu creature. Creatura aūt ad deum habet ordinez ⁊ habitudinem mediante ꝓprietate accidentali. ⁊ dependentia essentiali. ⁊ origine naturali. ideo fm oēm modum refertur creatura ad deū. Quoniā igitur intellectus noster cum intelligit aliq̄d referri ad aliquid. intelligit etiam comparari illud ad illud. ideo intelligit deum p modum respectus ⁊ relationis. cui respectui in deo nihil respondet nisi diuina essentia. ex parte tamen creature respondet. ⁊ ideo nō est vanus. Concedēdum ergo q hmōi nomina dicta ō deo non important relationē in deo fm rem. sed soluz fm modum intelligendi. Ex his patēt quesita. ¶ Ad 15
eēm obꝑcit de prē. dō q nō est simile. q pr̄is ad filiū est ordo ⁊ habitudo ⁊ alia habitudo ad filiū cōsuis ad spm̄sanctum. deus aūt sicut dicit pbs non habet ordinem nec aliquaz habitudinem. nam prima causa eodem mō se habet ad omnia. cōsuis alia alio ⁊ alio mō se habeāt ad ipam. vt in. xj. prime pbie dicit q primum ⁊ summum bonum nō ordinatur ad hec creata. ¶ Ad illud quod 16
obꝑcitur. si non dicunt relationē. g pure sbam. dōm q pure circa deum dicunt sbam fm rem. sed relationem fm modum intelligendi. in creatura vero fm esse. Et quod obꝑcit q vanus est intellectus. dōm q falsuz est quia intellectus fundatur sup aliquid scilicet sup relationem creature cui respondet relatio fm dici in deo. ¶ Ad illud quod obꝑcit q quedam sunt relatiua fm
esse ⁊c. dōm q quedā sūt relatiua fm esse ex parte viri/ 17
usez extremi. vt dñs ⁊ seruus in creatura. Quedam ex parte alterius. vt scibile ⁊ scientia. ⁊ mensuratio ⁊ mēsura. sic in ꝓposito ¶ Ad illud quod obꝑcit. q dñs di 18
cit suppositionem. ⁊ similiter creatō causalitatē. dōm q suppositio in deo est vere suppositio ⁊ vere causalitas. quia vere alij supponitur deus. ⁊ vere efficit. Tamen illa suppositio non est vere relatio. similiter nec causalitas. sed est vere diuina essentia. quia seipsa supponitur ⁊ efficit. ¶ Ad illud quod obꝑcitur. q est ibi
respectus cause ⁊ effectus. dōm q respectus effect̄ ibi 19
est vere respectus. ⁊ vere relatio. sed respect̄ cause non est respectus nec relatio in deo fm rem sed fm moduz intelligendi. fm rem vero substantia vel essentia.

Distinctio. xxxj. De significatione relatiuorum q cōmuniter ⁊ eternaliter de deo dicūtur vt similis ⁊ equalis.

Preterea considerari oportet cum tres personē coequales sibi sint ⁊c. In precedenti prima particula egit magister de relatiuis que dicuntur de deo ꝓprie ⁊ temp̄aliter. In hac parte agit de his que dicuntur de deo cōmuniter ⁊ eternaliter. ⁊ qm̄ hec sunt appropriabilia. iō hec pars habet duas partes. In prima determinat eorum significatōnem. In secūda eorum appropriationē. ibi. Non est igitur hic p̄termittēdum. Prima pars habet duas. In prima determinat significatōem huius nominis equalis. In secunda huius nominis similis. ibi. Doc etiam dicam de simili ⁊ similitudine.

Di. XXXI

a Preterea considerari oportet. Dubitatur de situ huius partis quia cum sua distictione. xix. actuz ē de equalitate videt ḣ magister super/flue repetere. R°. dicēdum q̄ de equalitate et similitudine est loqui dupliciter. s. a parte rei. et a parte nominis. Et pmo modo agitur de equalitate et similitudine in precedētibus. secundo hic.

b Simile nihil sibi est. Ut hoc falsū quia aliquis differt a se sicē sortes senex a se puero. g̃ pari ratione potest esse aliquid esse simile sibi. Item xp̄s homo est sibi simil'. q̄ nullus est beat° nisi sit deo assimilatus. sz xp̄us ē maxime deo assimilat°. g̃ tc. R°. dicendū q̄ sicut differētia aliquā/do notat alietatem suppositi a supposito. vt cum dicitur petrus est alius a paulo. Aliquando alietatē in natura. vt cū dicitur christ°. fm q̄ homo differt a se deo. Aliquando alietatem status a statu. vt petrus senex differt a se puero. per hūc modum intelligendum de similitudine. Quando igit̃ filis dicit similitudinē suppositi ad suppositum. nō potest esse idem sibi similis sibi. quando vero dicit similitudinez nature ad naturā. vl' status ad statum potest idez esse sibi similis. quia hec concurrunt in eadem psona. et ita intelligit magister.

c Equalitas ergo patris et filij nō est relatio vel notio. Obijcitur. quia statī predicit. q̄ simile et equale ē relatiuum. ergo similitudo est relatio. R°. dicendum q̄ magister intelligit de notione que est p/sone proprietas non de relatione cōmuniter intellecta. Vl' aliter dōm q̄ ḟbū magistri ē causalit̃ intelligēdū sic̄ pz ex pcedentib̄. quia equalitas non cōsistit in proprietatib̄ psonalib̄. sz magis in essentialib̄ q̄ sup̄ visa sunt.

a Ponit significatiōez huius nois eq̄lis. quō dicat̃ filius eq̄lis patri. an fm substantiaz an fm relationē ita z similis.

a Preterea considerari oportet. cū tres plone coequales sibi sint. vtrū relatiue ḣ dicat̃ an fm substantiā. z si relatiue. vtr̄ fm relationez. an fm eēntiam p̄siderāda sit equalitas. Deinde quid sit ipsa eq̄litas. Ad qd̄ dicim° q̄ b sic̄ sile nihil sibi ē. Similitudo em̄ vt ait Hyla. sibij p̄i nō est. ita z eq̄le aliquid sibi nō dicit̃. ac p hoc sicut sile. ita z equale relatiue dr̄. Dicit̃ g̃ relatiue filius eq̄lis pri. z vtriq̄ spūsanct°. Est tū equalis pri filius. z vtriq̄ spiritussanctus ppter summā simplicitatē eēntie z vnitatē. Eq̄lis ē g̃ filius pri fm sbaz nō fm relationez. Vnde Aug°. in. v. li. de trini. ait. Querim° fm quid equal' sit pri filius. non fm hoc qd̄ ad patrem dr̄ filius equalis ē patri. restat g̃ vt fm id eq̄lis sit q̄ ad se dicit̃. Quicqd autez ad se dicit̃. fm substantiaz dicit̃. Restat ergo vt fm substātiā sit eq̄lis. Eadē g̃ est vtriusq̄ substantia. Item in. vj. li. Satis est videre nullo modo filium equalē esse patri. si in aliquo sez quod pertineat ad significandū eius substantiam in equalis inuenitur. In omnibus ergo equalis est patri filius. et ē eiusdem substantie. Equalis est etiam spiritussanctus. et in omnibus eq̄lis ppter summaz simplicitatē illius substātie. Ex his per spicuum fit q̄ fm substantiaz filius est equalis patri et vtriq̄ spiritussanctus. et appellatio tantū relatiua est. c Equalitas ergo patris z filij non est relatio vel notio. sed naturalis vnitas et idemptitas.

Hylari°.

Quid sit equalitas.

Ponit significationem huius nominis similis. quomodo dicatur filius similis patri. z q̄d sit similitudo. b

Hoc idem etiam dicimus de simili z similitudine. Cum enim dicitur filius similis patri. relatiue quidez dicitur. sed similis est patri propter vnitatem eēntie. Est ergo appellatio tantuz relatiua. Similitudo xo in differens essentia. Unde quibusdam non indocte videtur nomine equalitatis vel similitudinis nō aliquid poni. sed remoueri. vt ea ratione dicatur filius equalis patri. quia nec maior est eo nec minor. et hoc propter vnitatem essentie. Ita et similis dicitur. quia nec diuersus nec alienus. nec in aliquo dissimilis. Et hoc propter eēntie simplicitatez. Non ergo fm q̄ filius est genitus a patre eq̄lis. vel inequalis. est patri. nec similis vel dissimilis. sed equalis z similis fm substantiam.

Ad intelligentiam huius partis est questio de his nominibus similis z equalis. z circa hec tria queruntur. Primo queritur vtruz hec nomina dicantur fm positionem. an fm priuationem. Secundo queritur vtruz dicantur fm substantiam an fm relationem. Tertio queritur vtrū dicant mutuam relationem in patre et filio.

Questio. I a

Q̄ dicantur fm priuationem videtur per auctoritatem magistri in littera. Quibusdam videtur nominē equalitatis z similitudinis non aliquid poni. sz remoueri vt dicatur filius equalis patri. quia nec 4 maior nec minor est eo. Item hoc potest probari sic. Euclides diffinit eq̄le sic. Eq̄le est q̄d alteri suppositum non excedit nec excedit̃ g̃ cum hec diffinitio sit data fm priuationem. patet tc. Item equale et simile non tantum dicunt vnitatem sed etiam diuersitatem. sed non est ponere diuersitatem in diuinis. ergo huiusmodi nomina non dicuntur fm positionem. sed fm priuationem. Item equale fm q̄ dicit positionem dicit commensuratōnē. sed in diuinis nō est cōmensuratio nec excessus. ergo dicuntur per priuationem excessus non per positionem. Contra. Similitudo z equalitas i bis iferioribus dicunt̃ positiue. sz ḣ opleti° sunt i deo. q̄ vt dic̄. Aug. i filio p̄mo repit̃ rō silitudis z eq̄litatis. g̃ m'to forti° i do dicūt positōez

Item omnis negatio que nõ ē pura negatio fundat su
pra positionem. ergo cũ hoc quod dico equale impor
ter remotionem excessus. ⁊ nõ importet puram nega
tionem. quia tũc chimera esset equalis ⁊c. oportet q̃ i
portet positionē. ¶ Itez hec est falsa pater ⁊ filiꝰ sunt
inequales. ergo hoc qd̃ est inequale aliquid priuat q̃
est in ⁊c. sed hoc nõ est nisi importatũ p equalitatez. g̃
equalitas aliquid ponit. quia si eius oppositũ priuat
necesse est ipm ponere. ¶ Item heretici dicũt hanc fal
sam pater est equalis filio. aut quia aliquid ponit. aut
quia aliquid mouetur. Nõ qz remouet. qz dicũt hãc ve
ram pater est inequalis que remouet. g̃ quia aliq̃d po
nitur. ergo ⁊c. ⁊ fundatur vtraq̃z istarũ positionũ sup
oppositionē inequalis ad equale. Si em̃ equale ⁊ ine
quale accipent remotiue. tunc eorũ opposita accipent
positiue. ¶ Rꝰ. dõm q̃ fm q̃ in lra innuitur ⁊ docto
res antiqui dicunt. q̃ positio magistri fuit q̃ noia que
nõ dicũt psonalem proprietatē vel essentie vnitatē. pri
uatine accipiant. Unde qz similis ⁊ equalis dicit respe
ctum patris ad filium. ⁊ ille respectus nõ est psonalis
pprietas. nec essentia. voluit ponere q̃ omia talia fm
priuationem dicerent. sicut duo. tres. similes. ⁊ equa
les. ⁊ cõsimilia. Tamẽ ista positio stare nõ põt sicut su
pra pbatum est de vnitate ⁊ pluralitate nominũ diui
5 norũ. Si em̃ in diuinis est vnitas positiue. ⁊ plurali
tas. ⁊ hec duo faciũt similitudinẽ ⁊ equalitatem. neces
se est hec positiue accipi ī diuinis. Et cõcedende sunt
6 rationes ad hoc inducte. ¶ Ad illud ergo qd̃ obũcit q̃
equale est qd̃ non excedit. dõm q̃ illi negatiõi subster
nitur affirmatio ⁊ positio. que notificat p priuationez
7 oppositi. s. excessus. ¶ Ad illud quod obũcitur q̃ nõ
est diuersitas in diuinis. dõm q̃ nõ indicant diuersi
tatem nisi suppositi. non forme de se. ⁊ quia in diuinis
8 est pluralitas suppositorũ. pater ⁊c. ¶ Ad illd̃ quod
obũcit q̃ fm q̃ dicunt positiue dicũt cõmensurationẽ.
dõm q̃ in diuinis nõ est cõmensuratio simpliciter. sed
tñ ē cõmensuratio respectu infiniti. ⁊ hec nõ ponit sim
pliciter cõmensurationez. Aliter potest dici q̃ equale
et simile de suo ꝓmo intellectu ponũt vnitatem quanti
tatis ⁊ qualitatis. Q̃ aũt ponat cõmensurationẽ hoc
q̃ est equale. est. quia quãtitas illa est mensurata. qm̃
ergo in diuinis est immensa. dicit ibi cõuenientiaz in
quãtitate virtutis. q̃uis nõ ponat ibi cõmẽsuratiõez.

¶ Questio. II b

Utrum nomina pdicta dicant fm substantiam. an fm
relationē. Et q̃ fm substantiã videtur autoritate ma
gistri in littera. Equalitas inquit nõ est relatio vel no
tio. sed nature vnitas vel ydentitas. Et Hyla. de trini
tate. Similitudo est in differens essentia. ergo tam si
militudo q̃z equalitas dicit diuinã essentiam. ¶ Itez
equalitas dicit fm quãtitatem. ⁊ similitudo fm quali
tatem. sed in diuinis qualitas ⁊ quãtitas transeunt in
substantiã ergo ⁊c. ¶ Item omne qd̃ dicit fm relationẽ
importat distinctiõem de suo ꝓncipali intellectu. sed si
mile ⁊ equale dicũt cõuenientiã. ergo nõ dicunt fm re
lationem. ¶ Item nihil qd̃ dicit fm relationẽ dicitur
de duobꝫ nisi importet relationez in cõmuni. hoc dico
ppter hoc nomen relatus ⁊ distinctus. sed simile ⁊ eq
le important relatiõem spãlem. si eam eque importãt.
qz nõ ē assignare specialiores sub ipis. ⁊ dicunt de plu
ribus. ergo ⁊c. ¶ Contra. Hyla. de trini. Similitudo
sibi nõ est. sz omne qd̃ dicit fm substantiã dicit ad se er
go ⁊c. Item omne qd̃ dicitur fm substantiam dicit de
pluribꝫ singulariter. sed similis ⁊ equalis dicit plurali
ter ergo ⁊c. Item equalitate refert pater ad filiũ ⁊ filiꝰ
ad patrem. sed nõ essentia. ergo equalitas nõ dicit eẽn
tiam. ¶ Item aut pater est equalitas filij ad patrẽ aut
non. Si sic. ergo cũ filiꝰ equalitate illa sit equalis pa
tri. pater est equalis sibi. qd̃ nõ concedit q̃ si pater nõ
est equalitas filij ad patrem. g̃ equalitas nõ dicitur de
omnibꝫ. ergo non dicit essentiam. Essentia em̃ filij est
pater. ¶ Rꝰ. dõm q̃ fm cõmunem omniũ opinionez. 9
cũ simile et equale dicũt cõuenientiã pluriũ in vno. q̃
de se importent distinctionem in suppositis. ⁊ vnionẽ
siue vnitatem in essentia. quia distinctio psonarũ spe
ctat ad modũ dicendi fm relationem. vnitas essendi
ad modũ dicendi fm substantiam. ideo hmõi nomina
nec oĩno dicunt fm subam. nec oĩno fm relationẽ. sed
q̃dãmõ fm subam q̃dãmõ fm relationẽ. Sz qz nõ pñt
fm hũc duplicem modum dici principaliter. necesse ē
q̃ fm alterũ. ideo vlterius oportet querere fm quẽ mo
dum accipiendi accipiunt in diuinis. ⁊ hic sunt diuer
se opiniones. Quidã em̃ dicũt q̃ huiusmodi nomina
fm cõcretionẽ. significata dicunt principaliter fm re
lationem. Nam similes dicunt habentes eandez qua
litatem. qz ergo respicit suppositũ p se fm q̃ cõcretuz.
ideo dicit fm relationem. Sed in abstractiõe. qz simi
litudo est vnitas nature vel essentie. quia respicit vni
tatem forme. ꝓmo. nõ distinctionẽ suppositorũ nisi ex
consequenti. principaliter. dicit fm substantiã. Sed
iste modus soluendi nõ est cõueniens. Nam est eadez
significatio in concreto ⁊ in abstracto in principali si
gnificato. ergo si dicit fm substantiam vnũ. ⁊ reliquũ
similiter. ergo hoc non soluit quod dictũ est. Secũda
opinio q̃ hmõi noĩ ⁊ in concretiõe ⁊ in abstractiõe di
cunt principaliter fm substantiã. ⁊ cõnotãt distinci
onem in suppositis. Et ratio ipoz est. quia cũ similitu
do respiciat ista duo sez ꝓuenientiã ⁊ differentiã. ime
diatius ⁊ cõpletius respicit ꝓuenientiã. Dicunt enim
differentes esse similes in q̃ztũ cõueniũt. cõuenientes
vero nõ dicunt similes inq̃ztũ differũt. Respicit ergo
similitudo distinctiõez p modũ materie. sz p modũ fo
me respicit vnitatẽ essentie. ⁊ ideo cõpletiue dicit fm
substantiã tam similitudo q̃z similis. Sed ista positio
nõ põt stare. Certũ em̃ est q̃ similitudo dicit respect
aliquorũ adinuicẽ. sz in diuinis nõ est nisi respectus p
sone ad psonã. Respectus aũt psone ad psonã non po
test dici fm substantiã. g̃ necesse est q̃ h̃ nomen simile
q̃ a similitudine ipont. fm substãtiaz nõ dicat. Et iõ
est tertia opinio. q̃ hmõi noĩa dicant fm relatiõez fo
maliter loquẽdo. dicũt em̃ respectũ suppositorũ distin
ctoz cõuenientiũ in aliquo vno. et ita respectus cadit
ibi p modũ formalis. sz vnitas essentie ⁊ pluralitas ca
dit p modũ cause. ideo ꝓprie ⁊ principaliter fm relati
onem. et cõsequenti vo fm substantiã dicunt causalit
loquendo. Et h̃ magis ptz si cõsiderem̃ significatiõez
horũ noĩm in creaturis vñ fit translatio. Similitudo
em̃ est fm qualitatẽ. silr ⁊ equalitas fm quantitatez. et
sillitudo dicẽ relatiõez formaliter. sz qualitatẽ causaliter
Silr equalitas dicit quantitatẽ causaliter. sz relatiõez
formaliter. Nõ em̃ est similitudo qualitas. sz relatio q̃ 10
attenditur fm qualitatẽ. ¶ Ad illud qd̃ obũcit de ma
gistro ⁊ Hyla. q̃ est cẽntia. dõm q̃ causaliter intelligũ
tur omes tales fmones. ¶ Ad illud qd̃ postea dicit. q̃ 11
equale dr̃ fm quãtitatẽ. dõm fm q̃ dicit cãm efficien
tem. nõ dicit formã. sic de simili. ¶ Ad illud g̃ qd̃ obij 12
citur. q̃ relatiua importãt distinctionẽ. dõm q̃ quedã
in diuinis dicunt fm relatiõez qua sunt distinctiua re
latoz. vt pater ⁊ filius. ⁊ talia ipõrãt respectuz distin
guentem. ⁊ talia importãt distinctionez vt exercitam.

Quedam ergo sunt dicuntur fm relationē. q̃ sunt relatia distinctorū vt similis et equalis. ⁊ talia importāt respectū. sed ille respectus non est notio distinguens sed ꝯnūs distinguētē. Importat eēm distinctionez vt non exercitā sed vt ꝯceptam. Naz respectus distinguens ē per vnius psone ad aliā fm q̃ est ab illa. In hmōi ꝟo nominibus importat respectus vnius persone ad aliā. fm q̃ cōmunicant vnam naturā. Et qz
13 respectus est relatio. ideo plurificatur. quia ꝟo respectus vnius essentie. ideo dicit de pluribus. Et ideo pater vltimū qd dicitur q̃ nullū relatiuū dicit de pluribus nisi dicat relatōem in cōmuni. dd eēm q̃ b non solū est in his nominibus que importāt distinctōez in cōmuni vt relatus ⁊ distinctus verūetiā in his q̃ dicunt respectū pluriū vt cōmunicant in aliq̃. Tale eēm nomen dicit respectū in cōmuni. specificatum tamen rōe cōmunicationis in vno. vnde similes dicuntur adinuicē relati participātes vnā qualitatez.

Questio III c

Utrū ꝑdicta noīa scilicet equalis ⁊ similis dicāt mutuā relatōem. fm quā pr̄ filio. ⁊ filius patri sit equalis. Et q̃ non videtur. qz fm Dyo. In talibus nō recipimus reciprocatōem. sed pater est p̄ncipiū filij. q̃ non cadit ibi reciprocatio vt dicatur pater eqlis filio. Item hoc videt rōne. Quia eēm filius similis est patri. ideo dicit similitudo patris. q̃ si econuerso pater est similis filio pfecte. q̃ pater ē similitudo filij. hec aūt non recipit. ergo ⁊c. Iterz qui est equalis alij fm equalitatē sibi adequat. si q̃ pater est equalis filio. ergo si adequat. quero a q̃. aut a se. aut ab alio. Nō a se. qz quicunqz equat se alij aliq̃d agit in se. sz pater nihil agit in se. q̃ non adequat se. nec alio equatur. q̃ non est equal filio. Contra. simile ⁊ eq̃le sūt relatiua equiparantie. sed ista denominātvtrqz extremū. q̃ si filius est similis patri. pari rōne pater est similis filio. Itē ratio similitudinis est cōuenientia vel indifferētia in q̃litate vt substātia. Sz ꝯuenientia eqliter respicit vtrūqz extremū. ⁊ indifferentia. si q̃ filius est indifferens pr̄i ⁊ econuerso. pater est similis filio. Itē oē plurale geminat suū singulare. sed hec ꝯcedit pater ⁊ filij sūt similes ⁊ equales. q̃ pr̄ est similis. q̃ro cui. aut sibi. aut alij. Nō sibi. q̃ alij. Rō. dōm. q̃ simil ⁊ equalis dupliciter ac
14 cipiunt. Aut put dicunt ꝯueniētiā in quātitate vel qualitate. Aut put supra ꝯuenientiā addūt imitationem vel expressionem pfectā. Primo quidē mō sunt relatiua equiparantie. ⁊ dicunt ad ꝯuertentiā fm q̃ p bant rōes scdo inducte. Alio mō similis ⁊ equalis addunt sup hoc rōnem originis. Vn̄ equalis dicit quasi adequatus. ⁊ similis quasi assimilat. hoc mō nō conuenit ei nisi q̃ est ab altero. ⁊ hoc mō ꝓcedunt prime rationes. q̃ pater non dicit similitudo filij q̃ imitatiōem nec equatur filio q̃ emanatōez ab alio. sed equat sibi filium. Quod tn̄ dicit Dyo. q̃ nō recipim̄ reciprocatōnem ⁊c. loquit de causa ꝓpie. ⁊ put differt ab effectu p 15
essentiā hoc aūt mō pr̄ non ē causa filij. immo bene est habitudo filij ad pr̄em sicut econuerso. ⁊ sic patet oīa.

De appropriatione relatiuorū que cōmuniter et eternaliter de deo dicunt vt similis ⁊ equalis.

Non est igit hic pretermittendū qd vir illustris. Hylarius. Terminata parte illa in qua agit de significatione horū nominū similis ⁊ equalis. Hic incipit scda ps in qua agit de horū nominū appropriatōne. ⁊ habet hec ps duas partes. In pma assignat appropriatōes. In scda mouet ⁊ soluit dubitatōem que ex hmōi appropatione habet originē infra di. xxij. Hic ont qd ex predictis deducta. Prima ps diuidit in duas ptes. In pma assignat appropata fm Hyla. In scda fm Aug. ibi. Illud etiā sciri oportet q̃ earundē trū psonarū distinctōem. Prima ps habet tres. In pma assignat Hyla. appropriatōem ⁊ eius explanatōem ꝓter sui obscuritatem. In scda ostendit q̃ illa que Hyla. assignat nō sunt ꝓpria. sed appropriata. ibi. Non eēm fm pmissā expositōem. In tertia ꝟo ostendit q̃ illa quibus hec appriat sunt ꝓpria. Appropatio eēm est cōmunis respectu ꝓpij. ⁊ hoc facit ibi. ꝓpria igit psonarum ⁊c. Similiter scda ps in q̃ assignat magister appropatōem Aug. habet duas. In pma ponit ipam appropriationez. In scda ponit eius expositiōem. ibi. sed plurimos mouet q̃ patri attribuit ⁊c. Et hec ps habet tres fm illa tria appropriata. In pma ostendit qualiter patri appropatur vnitas. ostendens etiā incidentaliter qualiter aliq̃ dicunt vnū. ibi. Hic dici oportet. In scda ꝟo ostēdit quō filio appropriat equalitas. ibi. Nūc videam̄ qualiter equalitas. In tertia ꝟo ostendit quō spūsancto appropriatur ꝯcordia. ibi. Q̃ aūt in s. s. dicitur eē vtriusqz concordia.

a Non est igitur hic pretermittēdum Cū magister agat de appropriatōe dist. xxiij. ⁊ d appropat̄ dist. xxv. vsqz ad finem. videt q̃ male situet hic tractatuz de appropat̄. Rō. dōz q̃ duplici de cā ponit hic magister tractatuz de appropat̄.

De sententia sāctī hylarij q̃ i trinitate psonarū appropriata ostendit.

a Non ē igit hic ꝑtermittēdum q̃ vir illustris Hylari. ꝓpietates psonarū assignās dicit i patre eē eternitatē. speciē in imagine. vsuz in munere. q̃ tante difficultatis sūt verba. vt in eorū intelligētia atqz explanatōe vehemēter laborauerit Aug. vt ipe oēndit in. vj. li. de trini. ita dicēs. Quidā cū vellet breuissime singularuz in trinitate psonaruz insinuare ꝓpria. eternitas ē inquit in pfe. spēs in imagine. vsus in munere. Et qz non mediocris auctoritatis in tractatōe scripturarū ⁊ asserti one fidei vir extitit. Hec eēm hylarius in libris suis posuit. horū verborū. i. pfis. ⁊ imagis. et mune. riseternitatis. spēiz vsus abditā scrutat. intelligētiā. q̃ntū valeo nō eū secuti arbitroz in eternitatis vocabulo. nisi q̃ pr̄ nō habet pr̄em de quo sit. filius aūt de pr̄e ē vt sit. atqz vt ille coeter n̄ sit. Imago eēm si pfecte implet illō cui. imago est Una ē. q̃ egerat de noīb. q̃ dicūt relatōez fm relatōez cōmunem. fm quā appropatio attendit. sicut sūt similis ⁊ equalis. ⁊ ita incidēter hec ps b introducit Alia rō est. qz appropata faciūt ad cuidētiā ꝓpriorz. et ideo statim post tractatū de ꝓprijs egit de appropatis. et b maxie ꝓut faciunt ad cuidētiā ꝓpriorz

Ex quo sensu intelligēda sunt verba Hylarij hic docet Aug. & patrus quare eternitas patri tribuatur.

ideo de his agit hic. que non dicunt respectum ad creaturas infra vero agit de his appropriat, que respectū ad creaturas dicūtur ita ptz distinctō huius partis ab illa vnde tria appropriata hylarij manifestāt personarū emanationem. Tria vero appropriata Aug. nobis manifestant psonarū ordinez si ḋs inspiciat.

16 b ¶ Ars quedā omnipotētis &c. Videt male dicere q verbū dei est ars quedam omnipotētis et sapientis dei. q vnusquisq; non intellecta arte ēiners. ergo si filius est ars patris. non intellecto filio esse. pat est iners. ḡ videtur q rōnabilit operari habeat pater a filio suo R°. dōm. q facienda est vis in verbo quia non dicē q sit ars simpliciter. sz q sit ars quedam. q non est ars qua pater nouit. sed vbi nouit. Non est ars patris q̄ pater sit sapientia. sed que est a pre sapiēte per quam pater oia operat quia oia pdurit per filiū

Quare spiritussāctus vsus dicat

Et notandū. q cū ars includat et intentōem ꝓfuturis & sapiētie. et similiter vbū. tamē differēter. quia verbuz dicē emanatōem & respectū. ideo ē. p̄prium. ars autē appropriatur.

Quod nō mō illa verba hylarij. sz explanatio Augu. sup his obscurissima ē

17 c ¶ Ingēti largitate atq; vbertate pfundēs omnes creaturas. Obijcit. ḡ fm hoc videt q oibus donet spūssāctus R°. dōz q spūssāctus nō dr dari ratione cuiusliber effect° sed ꝓpte rōne eius q̄ facit spiritūsāctū haberi. & ita habitare in aliq̄ vt in templo et qz hmōi rōnalis creatura capax ē. et soli iusti capiunt tō pz q illi sol spūss. dat Jō ārt ss. dr p fundere cetera creaturas ñ qz ei arbitrat act° creādi sz quia attribuit ei act° cōseruandi.

Ipsa coequatur ei. non illō imagini sue. in qua imagine spēm nominauit. Credo ꝓpter pulcritudinem vbi tanta est congruentia. & prima equalitas. & prima similitudo. nlla in re dissidēs. & nullo modo inequalis et nulla ex parte dissimilis. sed ad idemptitatē respondens ei cui imago est. vbi est prima et summa vita. cui nō est aliud viuere & aliud esse. sed idem & p̄mus ac summus intellect°. cui non est aliud viuere & aliud intelligere. sed idem hoc est vnū tanq̄ verbum pfectum. cui nō

b desit aliquid & b ars quedā omnipotentis & sapientis dei. plena oīm rationum viuentiū incōmutabilium. & omnes vnuz in ea. sicut ipsa vnum de vno cū quo vnum. ibi nouit omnia ḋs que fecit per ipsam. Est autē ineffabilis quidam cōplexus patris & imaginis qui non est sine perfruitione. sine charitate. sine gaudio. Illa ergo dilectio. delectatio. felicitas. & beatitudo (si tamē aliqua humana voce digna dicit) vsus ab illo appellata est breuiter. & est in trinitate spūssāctus non genitus sz genitoris genitiq̄ suauitas

c ingenti largitate atq; vbertate pfundens omnes creaturas pro captu earuz. Itaq̄ illa tria et a seinuicem determinari videtur. & in se infinita sūt. Qui videt hoc vel ex parte. vel per speculum in enigmate gaudeat cognoscens deum & gratias agat. Qui vero non videt. tendat per pietatem ad videndum. non per cecitatem ad calūniandum: qm̄ vnus est deus. sed tri trinitas. Ecce habes qualiter verba hylarij premissa accipiēda sint. licet tante sint pfundi tatis. vt etiam adhibita expositione vix aliquatenus ea intelligere valeat humanus sensus cum & ipsa eorū explanatio quā hic Aug. edidit. plurimuz in se habeat difficultatis & ambiguitatis.

¶ Ostendit q illa que Hyla. assignat non sunt ꝓpria sed appropriata. d

Non eñ fm premissam expositionem distinguuntur hic tres ille proprietates superius assignate ꝓ ipe hypostases distincte ab inuicem mōstrant. Eternitatis tamen nomine eadem videtur designata proprietas. quam notat hoc nomen ingenitus. Sed videamus quid sit qd̄ ait. Imago si perfecte implet cuius imago est. ipsa coeqūtur ei. nō illud sue imagini. Videtur eñ dicere q filius qui est imago patris. patri coequatur non pater filio. cum et filius dicatur equalis patri in scriptura. & pater filio. sed filius hoc habet a patre vt sit ei equalis. pater aūt nō habet a filio. & tamē filius plene ac perfecte equalē patri. id est imago ei cuius est imago.

¶ Quare dicatur Hyla. ꝓpria personarum assignasse in verbis predictis cum ibi non sint expresse proprietates. e

Propria igitur personaruz in predictis verbis assignasse dicitur Hylarius. quia relatiua nomina personaruz posuit. scilicet patris. imaginis. & muneris. que relatiue dicuntur ḋ psonis. & proprietates notant q̄ bus distinguuntur persone. Ita enim dicitur spiritussāct° munus relatiue sicut donum. Verūtamen ipsas proprietates alijs tribus nominibus nō significauit. iuxta predictā Augustini expositionem. nisi solo nomine eternitatis quo nō ipsam paternitatem. sed eaz voluit intelligi notionem qua dicitur ingenitus.

Notula. Hylarius in lib. d synodis a ¶ Imago ē ei° rei ad quā imaginat species indifferēs. Neq̄ ci ipse sibi quisq̄ imago est. sed euz cuius imago est necesse ē vt imago ē mōstret. b ¶ Imago ḡ est rei ad rem coequādaz et imaginata et indiscreta similitudo. Est ergo pater. est etiam filius. q imago patris est filius c ¶ Et q imago est vt rei imago sit speciem necesse ē et naturam & essentiam fm q imago ē in se habeat auctoris.

Ostēdit q illa quib° hec appropriat. sunt propria.

Ad notulam

a Imago est eius rei ad quam imaginatur spēs indifferens. Primo videtur q̃ ratio ista quaz Hylarius ponit in notula non sit ꝓuertibilis. quia totum videtur conuenire s.s. Item spēs aut accipit p̃ ꝑsonaliter. aut essentialiter. Si essentialiter. g̃ idem sensus est qui est spēs indifferens. qui esset etiam si diceretur essentia indifferens. sed hoc ꝓuenit patri non tm̃ filio. Item essentia non dicit vt alicuius sz stat p ꝑsona. g̃ sensus est idem spēs indifferens. q̃ ē cum dicitur ꝑsona indifferens. hoc aūt falsum.

b Imago g̃ est rei ad rē coequādā et imaginata ⁊ indiscreta similitudo. Videtur hoc falsum. quia frequenter imago non coequatur ei cuius est imago. Item si est ad rem coequādam. tunc videtur eē eq̃litas non similitudo. Item videtur falsuz dicere cū dicit indistincta similitudo. qm̃ oīs imago ⁊ similitudo distinguitur ab eo cuius est imago. Itez cum vnius rei vna sit diffinitio. queritur quō differēter iste rōnes assignentur. dōm. q̃ hic diffinitur imago increata. ꝓut est ꝓprium solius filij. ⁊ sic semper dicit respectum ad patrem. ⁊ tōo in prima rōne ponitur genitiuus vt in rōne ꝑncipij. in scōa vt in rōne termini. qm̃ imago debet comparari ad patrem. nō solum tanq̃ ad aliquam rem. siue ad quid siue quid ducit. sed etiam a quo emanat. ⁊ ita patet haz diffinitio rōnum ⁊ ordo. Et prima rō tres ꝓditiones cōtinet. Per primam notat filius esse ab alio. cum dicitur imago eius rei ad quam imaginat. ⁊ per gtm̃ ⁊ verbum q̃ est passiuum. Per scōam notat q̃ est fm̃ modum expressum emanandi. scz per hoc q̃ dicitur spēs. que includit ꝑfectam similitudinē cognoscendi. Per terciam vero notatur q̃ sit indifferens fm̃ substantiā. scz p hoc quod est indifferens. Et per primam conditiōez differt a patre ⁊ ab essentia. per scōaz a spiritusancto. ⁊ per tertiam ab imagine creata. Et per b q̃ spēs ⁊ si de se sit essentiale tamē accipitur hic vt tractum est ad ꝑsonam. ⁊ indifferens non dicit indistinctionem in hoc nomine spēs sed in sba. ⁊ sic patent obiecta de rōne prima. Hac visa similiter patet rō scōa. quē datur in comparatione ad ipm patrem vt ad terminum. ⁊ hoc patet cum dicitur ad rem coequandaz rei. id est ꝑsonam filij persone patris ⁊ per hoc excluditur persona patris. Et p hoc q̃ dicitur imaginata. exclu/ditur persona spūsancti. Per hoc quod dicitur indiscreta excluditur ipa imago creata Et indiscreta nō dicit indifferentiam ꝑsonalem sed solum essentialem.

Ad illud g̃ quod obijcitur de equalitate. dōm. q̃ illud non est necessarium de creata imagine. Et rursus. qm̃ imago dicit de rōne sui nominis qualitatem in q̃ntitate. ideo prima dicitur similitudo ad rem coequandam. id est similitudo fm̃ quam res coequat rei.

c Et qz imago ⁊c. Querit de differentia horū trium nominum que attribuit. scilicet spēm naturam. ⁊ imaginem. quō hic distinguātur. dōm. q̃ vniuscuiusq̃ forma substantialis ⁊ cōpletiua. dicitur spēs. natura. et essentia. ⁊ hoc fm̃ triplicem consideratōez. Potest em̃ considerari in se. ⁊ sic dicitur essentia. potest considerari in comparatione ad operationem ꝓpriam. ⁊ sic dicitur natura. Potest iterum considerari in comparatione ad nostram cognitōem. ⁊ sic dr̄ spēs. Spēm g̃ habet imago auctoris. eo q̃ similitudo est eius. Naturam autez habet. quia similitudo genita vel imaginata naturaliter. Essentiā vo quia similitudo indiscreta per sbam.

Et notula. Hyla. in lib. de synodis.

d Si quis innascibilem et sine initio dicat filiū q̃/si duo sine ꝑncipio ⁊ duo ī nascibilia. et duo innata. dicens duos fac̄ dos. anathema sit Caput eī qō ē ꝑncipiū oīz. filius. Caput ār qō est ꝑncipium xpi. deus Sic enim ad vnū ĩitiabile oīm initiuz p filiū vniuersa referimus. filiū innascibilem confiteri impūssimū ē. Jā em̃ nō erit vnus deꝰ. qz deū vnū ꝑdicari natura vnius innascibilez ⁊ sine initio dicat filium. Videtur q̃ Hyla. nō dicat bn̄ Quia qui dicit duos innascibiles dicit duos deos. quia ī nascibilitas ī diuinis nō est ꝓprietas cēntie. sz ꝑsone g̃ n̄ sequit q̃ si sūt duo innascibiles. q̃ due cēntie. sz q̃ due ꝑsone. Jrē innascibilitas dicit priuatiōem eiꝰ qō ē nat. vn̄ tm̃ valet innascibil. q̃ tū nō filiꝰ sz non sequit sūt duo filij in diuinis. g̃ duo dūj. g̃ pari rōe nō sequitur. sūt duo innascibiles. g̃ duo dūj. Rꝰ. dōm q̃ innascibilis sic supra dictū est pri

Quod earundē ꝑsonarū distinctōem seu appropriatōez notat Aug. alijs verbis sine expressione trium ꝓprietatū. f

Illud etiam sciri oportet q̃ earundem trium ꝑsonarū distinctōem Aug. ostendere volens sine expressione illarum trium proprietatum superius cōmemoratarum in. j. li. de doctria xpiana sic ait. In patre est vnitas. in filio equalitas. in spūsancto vnitatis equalitatisq̃ concordia. Et hec tria vnum. omnia ꝓpter patrē. ⁊ equalia omnia propter filium. cōnexa omnia propter spūsanctum. Itaq̃ pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus. et singulus quisq̃ horum deꝰ est. et simul omnes vnus deus. et singulus quisq̃ horū plena substantia est. ⁊ simul omnes vna substantia. pater nec filius est nec spūssanctus ⁊ filius nec pater est nec spūssanctus. Spūssanctus nec pater est nec filiꝰ. sed pater tm̃ pater. ⁊ filius tm̃ filius. ⁊ spūssanctus tm̃ spūssanctus. Eadez tribus eternitas. eadem incōmutabilitas. eadē maiestas. eadem potestas. In his verbis aperte insinuat personarum trium distinctio.

Appropriationem Aug. exposuit scilicet quare patri attribuatur vnitas. g

Sed plurimos mouet q̃ patri attribuit vnitatem. filio equalitatem. Cum enim vnitas dicatur fm̃ substantiam. non tm̃ in pare est. sed etiam in filio et in spūsancto. ⁊ eq̃litas vna est patris ⁊ filij ⁊ spūssancti. cur ergo patri attribuitur vnitas. et filio equalitas. forte eadem rōne attribuitur patri vnitas fm̃ Augu. qua supra eidem eternitas fm̃ Hyla. quia videlicet pater ita est. vt ab alio non sit. Et quia filium genuit vnū se-

Ad notulam. d

Si quis innascibilez ⁊ sine initio dicat filium. Videtur q̃ Hyla. nō dicat bn̄ Quia qui dicit duos innascibiles dicit duos deos. quia ī nascibilitas ī diuinis nō est ꝓprietas cēntie. sz ꝑsone g̃ n̄ sequit q̃ si sūt duo innascibiles. q̃ due cēntie. sz q̃ due ꝑsone. Jrē innascibilitas dicit priuatiōem eiꝰ qō ē nat. vn̄ tm̃ valet innascibil. q̃ tū nō filiꝰ sz non sequit sūt duo filij in diuinis. g̃ duo dūj. g̃ pari rōe nō sequitur. sūt duo innascibiles. g̃ duo dūj. Rꝰ. dōm q̃ innascibilis sic supra dictū est pri

uat siue negat esse ab alio · ⁊ ex hoc ponit fontalem plenitudinem in illo qui innascibilis dicitur · ⁊ ex vtraq; parte, cōcluditur q̄ si sint duo innascibiles · q̄ sint duo dij. Sequitur em̄ · sunt duo quorum quilibet non ē ab alio · g̃ non distinguuntur per originem g̃ necesse est q̄ distinguant̃ per sbam · Jrē si sunt duo in quorum quo libet est fontalis plenitudo g̃ quilibet p̄t eē trinitatis pnci/pium · ⁊ princi/pium totius deitatis · sicut dicit̃ de pre · sed si pn cipia sūt distin/cta ⁊ pncipiata · g̃ si quilibet ē pn cipium tot⁹ deitatis · ⁊ sūt duo · g̃ due deitates · Cuius ergo inge nitus non sit p/prietas sbe sz p/sone · quia tamē est prime perso/ne · ⁊ in vnica p/sona non p̄t esse nisi vna innasci bilitas · ideo de necessitate po/nit deoꝝ diuer/
21 sitatem · e Ca/put enim omni/um filius est · vi detur male dice re · quia aut dici tur caput rōe dei tatis · aut rōe cō formitatis in na/tura · Si rōe dei tatis · eadem rō ne spūssanctus potest dici ca/put · Item si rō/ne deitatis · tūc filij caput ñ po/test dici de⁹ · q̄ caput superex/cellit ⁊ maioris tem nobilitatis tenet · quam nō habet pater re/spectu filij · Si tu dicas q̄ ca/put non dic̄ no/bilitatez siue su/perexcellētiam · Obijcitur ex lite ra sequenti · vbi dicitur q̄ b̄ gra du omnia diffe/runt sed constat quis inter pa/

Arrig et Sa Bellinus filij aduersat

cum deuz · ⁊ spūssanctus ab eo procedit vnus cum eo deus · Unitas ergo in patre esse dici tur · quia nec est aliquid aliud a quo sit · Non enim ab alio est nec ab eo aliquis vel aliquid ē ab eterno · quod vnum cum eo non sit · Filius enim et spūssan ctus vnum sunt cū patre · Un de veritas ait · Ego ⁊ pr̄ vnum sumus ·

Quare pater ⁊ filius dicantur esse vnum vel vnus deus · sed non vnus · quia res eiusdē na/ture recte possunt dici vnū sim pliciter esse ⁊ cum adiectione · Res vero diuerse nature non possunt dici vnum nisi dicatur quid vnum · h

Hic dici oportet q̄ pater et fili/us ⁊ spiritussanctus recte dicū tur esse vnum ⁊ vnus deus · sz non vnus · Res enim due vel plures recte possunt dici vnuz esse · si sint vnius essentie · ⁊ ea/rum vna sit natura · Unus au/tem vel vna non potest dici de diuersis rebus nisi addat̃ quid vnus vel vna · Quo addito re cte potest dici de rebus ⁊ vni⁹ ⁊ diuerse substantie · Unde Au/gu · in · vj · li · de trini · sic ait · Ne/scio vtrum inueniatur in scri/pturis dictum vnum sunt quo rum est diuersa natura · Si au/tem ⁊ aliqua plura sunt eius/dem nature ⁊ diuersa sentiant non sunt vnum inq̄tum diuer sa sentiunt · Cum ergo sic dici/tur vnuz vt non addatur quid vnum · ⁊ plura vnum dicuntur eadez natura atq̄ essentia nō dissidens neq̄ dissentiens sig/nificatur · Unde paulus ⁊ ap/pollo · qui et ambo homines erant ⁊ idem sentiebant · vnuz esse dicuntur cuz dicitur ⁊ qui

